Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



resuscita me. amor te pater filium, Retribuam ei. id est cum interitus debitus occupauit iudum,

rere mei: & resuscita me & retribuam eis,

In hoc cognoui quoniam uoluisti me. quoniam non gaudebit inimicus meus super me,

Maxima innocentia est cum iustus pro impiis moritur. et nulla se contentione defendit, Propter quam innocentiam deuictu morte a patre confirmatus est in aeternum. cuius potestas caelo terraeque imperat,

Me autem propter innocentiam suscepisti. & confirmasti me in conspectu tuo in aeternum,

Filius chore. chore hebraice dicitur caluaria, Caluaria uero locus est. ubi dns est crucifixus, quae propter filii chore merito dicuntur. qui gloriosum tropheum caelestis regis. idest signaculum crucis suscipere meruerunt, & ideo psalmus hic homini conuenit xpiano,

Benedictus dns ds israhel. a saeculo & in seculum fiat fiat,

In hoc cognoui. dilectionem patris ostendit. quia gloriosa est resurrectio secutura, Quoniam uoluisti. sub audi. me glorificari et exaltari, Quoniam non gaudebit inimicus. hoc erat quod dixit. quoniam uoluisti me,

Ds autem benedictus est. et si omnes tacent. quia ille omne bonum non tamquam extraneum suscipit. sed ab ipso egreditur, a saeculo. praesentem mundum significat, et usque in saeculum. futurum uult intellegi. ubi omnia aeterna consistunt, Ad dit fiat fiat, hoc est quod hebrei dicunt amen amen,

INFINIM INTELLECTUS FILIIS CHORE

Vox fidelium dm desiderantium. animeque sue dicentium. nedo adiutore in hoc seculo turbetur